

B. M. II, 244.

(X 1880468)

h. 67, 17.

DISPUTATIO
INAUGURALIS



DE
FORO COM-
PETENTE:

QVAM

DEO DUCE ET AUSPICE,

EX Consensu

NOBILISSIMÆ ET AM-
PLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ALMA ARGENTORATENSIVM
Univerfitate,

*Pro fummis in Vtroq; Jure ritè obtinendis
privilegiis & honoribus Doctoralibus
defendet*

AD diem 7. Julij

M. GEORGIUS LUDOVICUS HEICHELIN,
Neoburgo Palatinus.



ARGENTORATI,
Typis PAULI LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVIII.



PROLOGUE

BY JOHN MILTON

1633

THE

PROLOGUE

TO THE

BY JOHN MILTON

IN THE

PROLOGUE

TO THE

BY JOHN MILTON

IN THE

PROLOGUE

BY JOHN MILTON

M. GEORGE

PRINTED

1633

1633

THE

BY JOHN MILTON

POSITIONES JURIDICÆ
DE
FORO COMPETENTE.

THESIS I.



Forum est locus vel sedes, in qua lites & controversiæ judiciales exercentur; seu est locus, in quo litigantibus jus dicitur & Jurisdictio exercetur.

c. forus. Extr. de V. S. A quibusdam etiam Forus gen. masc. usurpatur, ut ab Isidoro in libb. Etymolog. & Anthon. de Matthæis in tractat. de Iudicijs per Tot.

II.

Forum aliud est Competens aliud Incompetens.

Tot. titul. extr. de Foro Compet. l. nemo 4. Cod. de Iurisd. omn. Iud. & for. compet. Alias fori divisiones omittere hîc placuit, quas recenset, Emer. à Rosbach in process. judic. tit. 3. Rittersh. in Novell. part. 9. cap. 10. num. 6. usque ad 11.

III.

Competens forum nihil aliud est, quàm ordinariæ sedis Jurisdictio; vel est locus congruus & proprius, ubi actor Reum convenire debet, secundum juris ordinem, quacunque de re agatur.

d. l. nemo 4. Cod. de Iurisd. omn. jud. Eadem ratione & Iudex competens dicitur, qui & suus Iudex l. venditor 49. ff. de Iudic. cui opponitur Iudex non competens sive non suus quæ paria sunt l. vlt. Cod. Si à non compet. Iudic. Sic & competens Actio, competens remedium, & usura competentes in Iure nostro dicuntur.

IV.

Incompetens forum, est vetitum, incongruum & alienum tribunal, cui Reus conventus non subest.

Tot. tit. Cod. si à non compet. Iudic. l. in criminali. 5. Cod. de Iurisd. omn. Iudic.

V.

Competens forum sortitur reus, vel ratione patriæ; vel ratione contractus; vel ratione rei; vel ratione delicti.

l. 2. Cod. de Iurisd. omn. Iud. l. 2. §. 3. & §. 6. ff. de Iudic. l. 19. §. 1. & 2. ff. d. l.

l. 38. ff. Eod. l. fin. Cod. ubi in rem Actio. Haneton. in Tr. judic. p. 1. fo. 8. & c.

VI.

Reperitur autem patria triplex: Originis: Domicilij, & communis.

l. 1. ff. ad Munic. l. Labeo. 5. l. Roma. 33. ff. Eod.

VII.

Patria Originis est locus ubi quisque natus est, sive unde est oriundus.

Sicut Vulpianus è Syria Phœnice splendidissima Tyrriorum colonia, originem suam se trahere fatetur in l. 1. ff. de Censib.

VIII.

In hoc ergo loco, si quis reperiatur, aliquem conveniri posse, statuo.

Cum Panormit. in cap. proposuisti num. 7. Extr. de For. compet.

IX.

Quod de Jure Civili immutabile est, & adeò, ut licet aliò transferat domicilium suum habitationis, nihilominus jus originis retineat.

l. origine 4. Cod. de Municip. & origin. l. cives. 7. Cod. de Incol. lib. X.

X.

Hodie tamen de consuetudine ubivis locorum, foro originis renunciari, alioqui transferri domicilium & solet & potest: ita ut non amplius privilegiis loci originis gaudeat: nec in loco originis, nisi fortè ibi reperiatur forum sortiaturs amplius.

Matth. de Afflict. decis. 3; 4. n. 6. per tot. Canon. in c. fin. de for. compet. Dd. in l. cum quedam puella. 19. ff. de Jurisd. Emeric. Rosbach. in process. Judic. tit. 3. n. 10.

XI.

Patria domicilii est locus, in quem quis collocavit summam rerum suarum: sive ubi quis est incola.

d. l. Cives. 7. Cod. de Incol. lib. X.

XII.

Proinde domicilii in alicuius Judicis territorio fixi ratione quis eiusdem forum sortitur, eiusdemq; subditus vocatur.

c. dilecti extr. de for. compet.

Ibi

XIII.

Ibi autem domicilium quis habere intelligitur, ubi vel larem fovet, vel majorem bonorum suorum partem possidet, vel habitandi animo frequentius versatur.

l. 2. Cod. ubi Senat. vel Clariss. d. l. Cives. 7. Cod. de Incol.

XIV.

Unde Jurisprudentibus placuit, duobus pluribusvè locis quem domicilium habere posse, si omnibus nimirum in locis æqualiter instructus sit, nec minus in uno quàm in altero commoretur loco.

d. l. Labeo §. l. 6. §. 2. l. Eius qui 27. §. 2. ff. ad Municip.

XV.

Sicut ex diverso, sine domicilio, quem esse responsum est, si nempe eo relicto naviget, vel iter faciat, quo se conferat, aut ubi consistat, quærat.

d. l. Eius qui 27. §. de Iudic. in fin.

XVI.

Domicilii autem nomine Judex subditi sui personam ad eò subjectam habet, ut etiam contractuum delictorumque extra territorium initorum commissorumque jurisdictionem exercere possit.

l. fin. Cod. ubi Senator. vel Clariss.

XVII.

Et licet domicilium post cœptum judicium immutetur: tamen non propterea perimitur instantia, sed ibi finiri debet.

l. si quis. 7. & l. ubi acceptum 30. ff. de Iudic. Alex. in d. l. cum quadam puella. num. 1. & 2. c. proposuisti. extr. de for. compet. Ibid. gloss. in verbo preventus.

XVIII.

Patria denique communis ipsa fuit olim Roma: hodie verò ubi est Imperator: qui quoniam Jurisdictionem universalem in causis civilibus tribuit Camerae, forum competens est omnibus Imperii subditis, ut ibi conveniri possint.

l. 17. in orbe ff. de stat. hom. d. l. Roma. ff. ad Municip. non verò in criminalibus, causa enim criminales capitales (Peinliche sachen die Leibsstraff auff ihnen tragen) neq; per viam simplicis quarela, neq; per viam appellationis in Camera recipi debent: sicuti disponitur lege publica Imperij in Comitij August. de Anno 1530. §. Item Als jetzt etliche zeit.

& in Ordinat. part. 2. tit. 28. §. 5. Gail. lib. 1. obs. 1. num. 27. Mynsing. cent. 4. obs. 41. 42.

XIX.

Excipiuntur verò 1. Qui speciale habent privilegium, ne ibi conveniantur. 2. immediatè subjecti Imperio, puta civitates Imperiales, quæ inter sese habent privilegium der Außtråge. 3. Etiam mediatè subiecti Imperio, qui in prima Instantia alioquin cõveniendi sunt apud suos Judices, & per viam appellationis demum ad Cameram pertinent: si tamen reperiantur in loco Judicii Cameræ, in prima statim instantia ibi poterint conveniri.

Ordinat. Camer. part. 2. tit. 1. & quinq; seqq. Andr. Gail. d. obs. 1. n. 20. Rittersh. in Novell. d. loc.

XX.

Nisi sint ex eorum numero, qui habent beneficium revocandi domum.

Videantur de hoc beneficio ll. sub tit. ff. de Iudic. l. 2. l. 5. l. 8. l. 24. cum 4 ll. seqq. Anthon. de Matth. d. tract. de Iudic. n. 50. & multis sequentib.

XXI.

Competit autem hoc beneficium legatis: citatis à Principe ad Curiam: testibus, & qui in aulis principum sunt: aut missis à patria, denique etiam iis qui provocationis vel appellationis causa aliquò proficiscuntur.

l. 2. §. legatis. 3. ff. de Iudic. l. 28. §. 4. ff. Ex quib. caus. maior.

XXII.

In legatis ratio est, quia si in ipsa legatione, dum eâ funguntur, conventi litigare tenerentur, futurum esset, ut impediretur ipsorum legatio, sive avocarentur ab officio susceptæ legationis, non sine magno Reipubl. detrimento: cuius causa tamen legati abelle dicuntur.

Videatur passim. tot. dict. tit. ff. Ex quib. caus. maior. l. 24. §. fin. l. 26. ff. de Iudic.

XXIII.

In cæteris verò ratio hæc est, quia non ob id venerunt, ut lites sectarentur, sed aliis de causis: in quibus expediendis & ipsi impedirentur: si lites suscipere cogerentur: præsertim cum imparati, minusq; instructi eò venerint.

Rittersh.

Ritterhus. d. part. & cap. num. 25.

XXIV.

Gaudent quoq; hoc beneficio, qui probabili de causa (veluti Studiorum gratia) absunt.

Gloss. in d. l. 2. §. 3. ff. de Iudic. Didac. Covarr. cap. 5. Practic. quest. n. 1. in fin. Qua de re etiam multa tradit Maria. Socin. in c. ult. num. 62. Extr. de for. compet.

XXV.

Unde, Studiosum de iis, quæ alibi contraxit, eo in loco ubi Studiorum causa commoratur, conveniri posse, negamus.

Ex l. 2. Cod. de Incol. lib. X. Covarr. d. l. & n. 1.

XXVI.

Cessat verò beneficium revocandi domum in legatis, quando perfecta & expedita legatione, ibi aliquandiu substiterint.

d. l. 2. §. 4. d. l. 26. ff. de Iudic.

XXVII.

Cessat præterea denegaturq; hoc beneficium, non solùm legatis quàm aliis, si in legatione aut peregrinatione contraxerint.

l. 19. & 25. ff. de Iudic. Covarr. practic. quest. cap. 5. n. 2.

XXVIII.

Oportet igitur contractum fuisse ante legationem vel profecti-
onem: si quis eo privilegio gaudere velit. In ipsa legatione si con-
traxerit, eo beneficio non utetur, sed iudicium accipere, seque de-
fendere compelletur.

l. 24. ff. de Iudic.

XXIX.

Et quamvis aliquis in ea sit constitutus causa, ut rectè domum
revocet: nihilominus cogitur conventus reus, iudice statuentis,
cavere iudicio certo die sisti.

l. 2. §. 6. ff. d. tit.

XXX.

Utrum autem nuda cautio vel sola promissio sufficiat; vel pro-
missio requiratur Juratoria, à multis sub disputationis vocatum,
fuit incudem. Nos nudam cautionem & promissionem sufficere
statuimus.

d. l. 2. & d. §. vers. Sed utrum, hoc nost. tit. de Iudic. l. sancimus. 3. Cod. de
verb. Signif.

Ratione.

XXXI.

Ratione contractus sortitur quis forum. Quia ubi quis contractus, conveniri ibidem etiã non minus quàm in loco domicilii potest.
l. heres 19. l. argentarium 48. h. n. tit. l. 1. 2. & 3. ff. de reb. auct. iud. poss.

XXXII.

Contractus verbo, non solum contractus vel quasi, sed etiam omnem conventionem, obligationem efficacem producentem, comprehendimus.

l. omnem 20. ff. de iudic. l. neq; 54. §. 3. ff. de Procurat. l. 1. Cod. ubi de ratioc. tam publ. quàm privat.

XXXIII.

Non tamen ita latè contractus appellationi hinc utimur, ut etiam maleficia & quasi maleficia eo vocabulo contineri velimus: Tametsi aliquando, quanquã impropriè delicta mali appellètur contractus.
l. 52. ff. de Re iudicat.

XXXIV.

A regula supra posita possunt dari Exceptiones quinque, ut nimirum non sit perpetuum, reum sive debitorem in loco contractus esse conveniendum.

Rittersh. in Novell. d. part. 9. cap. 10. n. 46.

XXXV.

Prima Exceptio est: si ita convenerit inter contrahentes, ne Reus se ibidem defendere cogatur.

d. l. heres 19. §. 2. ff. de iudic. l. 1. & 7. ff. de Pact. l. 29. Cod. eod. Forum enim pacto declinari potest. Gloss. in d. l. heres 19. §. proinde, in verbo venit.

XXXVI.

Secunda in Mercatore advena. Si enim ab eo vel viatore quid comparavero, vel eidem vendidero, quem hinc confestim profecturum scivi, istius contractus nomine Forũ hic sortitus nemo dicetur.

d. l. 19. §. 2. Notanda autem hic limitatio duplex. 1. dummodo advena aut viator tabernas vel officinas ibi conductas habuit, vel tanquam habiturus se gessit. 2. dummodo contrahens advena sciat conditionem.

XXXVII.

Tertia in Marito à quo repetitur Dos. Exigere siquidem & repetere dotem mulier debet illic, ubi maritus domicilium habet, non ubi dotis promissio facta, ac instrumentum dotale conscriptum est.

l. 2.

*l. 2. Exigere 65. ff. de Iudic. Bald. Consil. 471. Queritur utrum heres in
1. lib. & consil. 31. Statuto Civitatis Ast. in 3. lib.*

XXXVIII.

Quæ regula Locum habet, quando matrimonium morte est solutum, Secus si divortio; tunc enim mulier alibi, quàm in loco domicilij, puta, ubi divortium factum est, dotem repetere potest.

Ob singulare odium divortij, quod facit ut maritus pluribus teneatur locis. Videatur l. 42. ff. de Iudic.

XXXIX.

Sed quid si in uxoris domū deductus est marit^o & in ea habitavit? Respondet Cotta in Memorabilib. in verbo Dos repetitur. esse singularem aliquam hinc limitationem, Bald. in l. vet. in Colum. 1. vers. sed si vir. Cod. si à non compet. jud. Felin. in cap. 1. colum. penult. in 3. fall. de sponsal. declarat, hanc limitationem intelligi debere, dummodo appareat quod maritus intēdebat in domo uxoris perpetuò manere Vid. Cottam. d. l. fol. (mihi) 244.

XL.

Quarta in Constituto. Is enim, qui aliquid debet, non tenebitur se defendere in loco constituto: sed in loco, ubi, quod constitutum est, debetur.

l. 8. si quis ff. de Iudic. Præcedens siquidem causa constituti est inspicienda. l. qui id quod. 33. ff. de donat.

XLI.

Quinta in Vagabundo, cui nec est certum domicilium, nec constans habitatio: hic ubicunq; inventus fuerit conveniri potest.

Glos. in l. 4. §. prætor. 5. ff. de damn. infect. Bartol. in l. 1. Cod. Vbi de Crimin. agi oport. & in l. quisquis Cod. de agri. cons. & colon. lib. 10. Bald. in l. si in possessione 3. Cod. ubi de Crimin. agi oport.

XLII.

De hærede occurrit quæstio: Ubi locorum à legatariis & fideicommissariis ad præstanda legata & fideicommissa cōveniri queat? Nos distinctione rem decidendam esse arbitramur.

Dn. Rittersh. in D. Novell. part. 9. cap. 10. n. 53.

XLIII.

Ratione Rei, de qua agitur, sortitur quis forum. Nam ibi agendum est, ubi res sita est, de qua contenditur.

l. quod legatur 38. ff. de Iudic. l. 1. & ult. Cod. ubi in rem act. c. sanè

B

3. Extr.

3. Extr. de for. compet. l. unica. Cod. ubi de possess. agatur. l. unic. Cod. ubi de hereditat. agatur.

XLIV.

Quæ regula locum habet in rebus tam mobilibus quam immobilibus.

Hostiens. in Summa tit. de For. compet. Extra. num. 3. Et de re immobili nullum est dubium; sed in re mobili idem juris esse defendemus, ut sc. peti debeat ubi est: si reus eò revocet, idq. postulet. argumento d. l. 38. quod legatur. de Iudic.

XLV.

Si verò rei mobilis immobilisque nomine in personam actione agatur, supra scriptæ regulæ locum non damus, sed rei domicilium sequendum esse statuimus.

Innuat hoc Rubr. Tit. Cod. Vbi in rem Actio. Hostiens. d. l. Hanneton. in tractat. judic. part. 1. fol. (mibi) 9. siquidem non rem ipsam sed directò personam prosequimur.

XLVI.

Unde fideicommissum non modò ubi hæres aut fideicommissarius habet domicilium, etiamsi res ibi non sit, petendum est.

Videatur. l. Vnic. Cod. Vbi fideicommiss. peti oport. l. 1. Cod. Vbi de heredit. petatur. l. 29. & fin. ff. d. de inoff. testam.

XLVII.

Potest etiam rectè peti, ubi hæreditas relicta est, aut major ejus pars esse dicitur. Unde controversia hæreditatis determinanda est, non tantum ubi domicilium habet is, qui convenitur: verum etiam ubi sunt res hæreditariæ, de quibus agitur, si possessor ibidem reperiatur.

d. II. Codicis. D. Harpprecht. in Process. Iudic. disp. 1. th. 124.

XLVIII.

Ratione delicti forum quis sortitur quatuor modis. Potest enim, qui delictum vel maleficium commisit, conveniri in loco domicilij sui.

Tot.

Tot. tit. Cod. Vbi de Criminib. agi oport. l. 1. Cod. ubi Senator. vel
Clariss. l. 3. in princ. ff. de re milit.

XLIX.

Secundò reus criminis rectè convenitur in loco, ubi crimen
perpetravit: ibique quæstio criminis perfici debet.

l. ult. ff. de noxal. act. l. 7. §. fin. & l. vel. ff. de accusat. l. 1. & Auth.
Cod. Vbi de crimin. agi oport.

L.

Quod locum habet i. licet delictum ibi tantum inchoatum
non verò perfectum erit, sed alibi consummatum.

d. l. 1. Cod. Vbi de crim. Rittersh. d. loc. n. 57. Everh. à Midel. in loc.
legal. loc. à cont. ad delict. n. 7.

LI.

2. Etiam si sint personæ Illustres & Senatores vel milites.

d. l. fin. ff. de Accusat. l. 1. Cod. ubi Senat. vel Clariss.

LII.

3. In transmission: Reorum criminis. Petente enim Magistra-
tu eius loci, delictum ubi commissum est, debent in eum locum ad
judicandum & condemnandum mitti.

d. l. 7. §. fin. ff. de accusat. l. 7. solent. ff. de custod. & exhib. reor.
Nov. 134. §. si verò quis.

LIII.

Si verò iudex delicti non petit remissionem, non est necessa-
riò facienda. Unde iudex domicilij licetè puniet delinquentem.

d. l. 1. Cod. Vbi de crimin. agi oport.

LIV.

Hic non ignorandum: Si delictum est atrox, remissio, fiet po-
tius ex necessitate, quàm urbanitate.

Gloss. & Dd. in Clement. pastoralis, de re judic. Cyn. in Auth. Qua
in provincia. Cod. Vbi de Crimin. agi oport. Bartol. in d. l. si cui 7. ff. de Ac-
cus. Frider. Schenck LB. in viridar. Conclus. Iurid. Conclus. 117.

LV.

In levioribus autem criminibus, item in atrocioribus, quæ ci-

B 2

viliter

viliter intentantur, locus remissioni non erit: cum remissio tum fiat, cum publica poena ad aliorum terrorem flagitiosus sit afficiendus.

Calde. in cap. 1. de Raptor. D. Frider. Schenck. d. loco.

LVI.

Nostris moribus etiam est usitata remissio: quæ tamen ferè non fit sine cautione quadam, sive literis Reversalibus; quibus transmissionem petens Rei cavet ac promittit, exinde Jurisdictioni ipsius nullum generatum iri præjudicium.

Ita Rittersh. in Nov. d. part. cap. & num. ubi etiam rationem transmissionis assignat.

LVII.

Tertiò conveniri potest Reus criminis, ubi iudicium cœptum & inchoatum est: sive ubi cœpit se defendere; ibi enim debet perferri quæstio criminum ubi inchoata est.

l. 30. ff. de iudic. d. l. 1. Cod. ubi de Crimin. l. 13. Adulteram Cod. ad l. Iul. de Adult.

LVIII.

Quartò conveniri potest Reus in quovis loco, ubicunque reperitur, quamvis neq; domicilium ibi habeat, neq; deliquerit.

Sæpius d. l. 1. Cod. Vbi de Crimin. l. 1. Cod. ubi quis decurial. vel cohort. Reichs Abschied zu Augspurg de Anno 1559.

LIX.

Præterea & competens forum æstimatur ratione privilegij & personæ. Laicus siquidem coram Laico: Clericus coram Clerico convenitur Iudice.

c. si diligenti de for. compet. c. Clerici, & c. cum non ab homine de iudic. l. cum clericis 25. l. omnes 33. Cod. de Episcop. & Cler. Nov. 123. cap. 21. Gail. l. 1. de pace publ. cap. 1. n. 15. 17. 19.

LX.

Remittendus igitur Clericus delinquens ad iudicem Ecclesiasticum, cujus forum ob delictum sortitur: idque nonnulli in tantum verum esse scribunt, ut etiam Laici socij criminis gaudeant

deant privilegio fori Ecclesiastici, si simul cum clericis capiantur: idque connexitatis quodam vinculo, & quod magis dignum trahat ad se minus, obtinere existimant.

Text. in cap. quod in dubio de consecrat. altar. gloss. ibid. in verbo consecrato. cap. per tuas extr. de Arbitr. Felin. in cap. placuit. num. 60. circa medium. de prescript. Quod tamen moribus nostris non observatur, sed quilibet suo iudici traditur. Capiti. decis. 173. num. 1.

LXI.

Huic etiam privilegio neque expressè neque tacitè de Jure Canonico renunciare possunt.

D. c. si diligenti de for. compet. & in d. c. at si clerici, de Iud. Gail. de pac. publ. d. c. n. 17. Secus de Iur. civili per l. penult. Cod. de pact. l. 7. Iurisgent. §. prator ait. ff. Eod.

LXII.

Inveniuntur autem multi casus, in quibus Judex laicus Jurisdictionem suam exercere adversus clericum potest.

De his videatur Mynsing. cent. 2. obs. 67. Gail. l. 1. obs. 37. n. 3. cura seqq. Afflict. decis. 2. Grammat. decis. 61. lib. 1.

LXIII.

Studioforum sive Scholarium iudicem competentem facimus Rectorem Universitatis, Episcopum vel præsidem istius loci ubi studet.

Auth. Habita. Cod. ne fil. pro patre. Petr. Rebuff. in Tractat. de privileg. Scholar.

LXIV.

Quæritur hîc: An studiosus relictis istis Iudicibus, alterius possit prorogare Jurisdictionem?

Affirmativam amplectimur sententiam ex d. l. 39. Cod. de pact. & l. 41. ff. de Minor. D. Rittersh. in Differ. Iur. Civil. & Canon. lib. 5. cap. 4.

LXV.

Sic vidua privilegium habet vocandi quem extra proprium forum.

*Text. in l. unic. Cod. quando Imperat. inter pupill. vel Vid. Michael
Grass. in Commun. opin. lib. 2. quest. II. cap. 10.*

LXVI.

Utrum verò privilegium hoc extendatur ad eam fœminam,
quæ cœlibem vitam egit, dubitatur. Nos, cùm opinio communis
firmaverit, affirmamus.

*Fulgos. ad. d. Cod. Quando Imperat. Guido Papæ decis. 566. qui in-
quit. Dicitur vidua quæ nunquam Virum habuit, vel quæ virum amisit.
Bartol. ad d. l. unicam Cod.*

LXVII.

Ipsæ quoque causæ iudicium congruum alicui tribuunt. Ita
omnes causæ tam civiles quam criminales Clericorum ad forum
pertinent Ecclesiasticum.

*Qua de re plurima videantur in Decret. Gratian. Caus. II. quest. I.
per tot.*

LXVIII.

Quod obtinet, ut ne volens quidem clericus possit iurisdic-
tionem alterius iudicis, sine consensu ac licentia sui Episcopi proro-
gare.

*c. si quis contra Cleric. 4. de for. compet. caus. II. quest. I. Roman.
conf. 369.*

LXIX.

Solus siquidem Episcopus de jure habet Jurisdictionem con-
tentiosam inter Clericos suæ diœcesis.

*c. cum ab Ecclesiarum. de offic. ordin. & cap. II. quest. I. c. de person. d.
c. & quest.*

LXX.

Temporales sive civiles sive criminales ad seculare spectant
forum, nisi secularis justitiam facere negligat.

c. licet de for. compet. Socin. in d. c.

LXXI.

Causæ verò Feudales ad Feudale pertinent iudicium. Iudex
autem

autem Feudalis est vel Dominus Feudi controversi, vel pares curiæ,
vel ordinarius, vel arbiter.

*c. 1. §. fin de prohib. feud. alien. per Frid. c. 1. de Investitur. in marit.
fact. c. 1. an apud jud. vel. cur. domini et. in c. apud quem vel quos contro-
ver. feud.*

LXXII.

Dominus est Judex competens, puta si sit contentio inter Va-
fallos ipsos: qui si sint Duces, Marchiones vel Comites immediatè
subjecti Imperio, solus Imperator inter ipsos Judex est competens.

*Iason in prælud. feudor. n. 112. versic. Quartus. Sonsbec. de feudis. p.
4. num. 26. Gregor. de concess. feud. p. 5. q. 8. column. final. d. c. 1. apud
quem vel quos contro. feud. & in cap. 1. in princ. de lege Corradi. Motz. de
nat. feud. n. 110. Herm. Vult. de feud. lib. 2. c. 2. n. 8.*

LXXIII.

Multoque magis si de feudo aliquo Regali, cujusmodi est
Ducatus, Marchionatus & Comitatus, controversia sit, de ea co-
gnitio ad Imperatorem defertur, nulla habita ratione qualitatis
vel personarum.

*d. c. 1. de lege Corradi. Iacob. à S. Georg. de feud. versic. & dicti Vasal-
li pro dictis rebus. Sonsbec. pag. 4. num. 24. Curt. Iun. de Feud. p. 7. in
princ. num. 2.*

LXXIV.

Adeò autem Jurisdictio ad Imperatorem, si de feudis Rega-
libus oriatur controversia, pertinet, ut cum aliàs Camera Imperia-
lis ex Ordinatione concurrentem cum Imperatore habeat Jurisdi-
ctionem, in his tamen nulla sit Camerae Jurisdictio, sed solius Im-
peratoris.

*Ordinal. Cameral. part. 3. tit. 7. Borcholt. de Feud. cap. 10. num. 3.
Pereg. conf. 3. num. 20. volum. 3.*

LXXV.

Si autem contentio sit inter Vasallos inferiores, & Imperio
Romano immediatè subjectos, Dominus Feudi judex est compe-
tens, & cognitio ad eum spectat, quod intelligitur de convasallis ab
eadem curia feuda sua habentibus.

d. c. 1.

d. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. Curt. Iun. de Feud. d. part. 7. num. 3. Zas. p. 11. num. 7. Clar. lib. 4. sentent. §. Feudum. quæst. 96. n. 5.

LXXVI.

Nec distinguimus in Domino Laicusne sit an Clericus. Si enim Feudi Dominus sit Episcopus, vel alia persona Ecclesiastica, ut maximè Vasalli sunt laici, adhuc Dominus, à quo feuda habent, inter ipsos cognoscit.

Curt. Iun. d. loc. num. 15. Innocent. in cap. solita. de major. & obed. Menoch. de remed. 3. num. 409. Borch. cap. 10. num. 25.

LXXVII.

Sicut etiam ex diverso Dominus Laicus in causa Feudali iudex est competens inter Clericos.

Textus est in c. verum & in c. ex trasmitta extr. de for. compet. Innocent. in d. c. verum n. 1. & Felin. in c. ceterum. num. 3. de Iud. versic. tenent moderni. Guido Papa decis. 139. Archidiaconus. in c. 1. de conjug. lib. 6. Et hanc receptam esse sententiam tenent Dd. Clar. d. §. feudum. quæst. 90. n. 8. Menoch. de remed. 3. num. 396. Mynsing. cent. 1. obs. 22. & c.

LXXVIII.

Quando verò contentio est inter Dominum & Vasallum, tunc pares curiæ sunt Iudices, in causa Feudum concernente.

d. cap. 1. §. præterea, vers. si verò, de Prohib. feud. alien. per Frider. ubi hi Iudices appellantur Pares Curia, sequitur Iacobi in verbis, & dicti Vasalli prædictis rebus feudalibus. num. 2. Curt. de feud. p. 7 n. 34. qui hoc per aliquot ampliaciones & limitationes declarat usq; ad fin. Zas. de feud. p. 11. num. 11. Clar. d. loco num. 1. Gail. lib. 1. Obs. 1. num. 54. Wesenbec. de feud. cap. 17. n. 5. Borch. de feud. cap. 10. num. 5.

LXXIX.

Quod certè summa nititur ratione, ne videlicet Dominus in propria causa jus dicat.

l. qui jurisdictioni. 10. ff. de Iurisdict. omn. Iud. l. unica. Cod. ne quis in sua causa.

In controversia positum est: An in causa Feudali parium Electionem Dominus habeat, exclusa Electione Vasalli.

Sunt qui pro Affirmativa statuunt nec destituuntur suis rationibus. Hostiens. in d. c. ceterum. Panormit. ibidem. n. 15. & c. Nobis tamen, qui in Imperio Romano vivimus, cum Vulteio d. loc. n. 26. Zas. & Borcholt. minus est dubitandum, quod consuetudine induci non possit, ut solus dominus eligat: cum merito submittamus nos incorruptissimis & sapientissimi Iudicij Cameralis decisionibus. Gail. lib. 2. Obs. 34. per tot. qui rationes hujus Conclus. satis ponderosas adducit.

Dubitatum fuit quoque, An coram paribus curiæ reconventio locum habeat? Quod negamus.

Innocent. in d. c. ceterum de Iud. in fin. Mynsing. cent. 4. obs. 90. ubi in Camera negativam crebrius probatam fuisse sententiam astruit. Rosbach. in process. tit. 46. n. 16. Paribus siquidem curiæ nulla competit extra causas feudales Iurisdictio, inquit Baldus in d. §. penult. de prohib. feud. alien. per Frider. versic. quod si Vasallus conqueritur.

Quandoq; fit ut inter Dominum & Vasallum litigantem non pares curiæ, sed alij sint Iudices, nimirum vel Ordinarius vel Arbitr.

De his plura dicere nimis longum foret. Videatur Vulteius latissime d. l. 2. cap. 2. à num. 32. usq; ad fin. cap. 2.

Competens insuper forum etiam quantitate rei quæ petitur definitur. Unde appellationes in Camera Imperiali hodie non recipiuntur, quando summa rei, quæ petitur est infra 300. floren.

l. si idem 11. l. penul. §. fin. ff. de Iurisdict. Reichs Abschied zu Speyr de Anno 1600. Olim erat summa 150. floren. Gail. lib. 1. Obs. 123. in princ.

Quod tamen in actione injuriarum, alijsq; nonnullis causis non attentitur.

Gail. d. Obs. 123. num. 4. & seqq.

LXXXV.

Unde quæsitum fuit: An Judex habens ejusmodi Jurisdictionem limitatam & restrictam ad certam quantitatem, (puta in causis ad centum aureos) si pendente lite valor creverit, possit nihilominus de causa cognoscere & judicare? Et posse in supremo Imperij judicio obtinuit.

Mynsing. cent. 3. obs. ult. Quia incrementum estimationis non debet excludere Jurisdictionem in tali casu. Guid. Papa & Bart. in d. l. si idem. II. ff. de Jurisdic. per l. ampliorem 39. §. fin. & ibi Salicet. Cod. de Appellat.

LXXXVI.

Tandem litis contestatione & præventionone Judex quis fit competens.

c. proposuisti de For. competet. l. 4. nemo Cod. de Jurisdic. Maranta disp. 6. n. 20. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 5.

LXXXVII.

Quæ præventio sive præoccupatio per solâ inducitur citatione, quando videlicet pluribus judicibus competit Jurisdictio ut singulis, ita quod quilibet in eadem causa Jurisdictionem habeat in solidum: tunc enim citatus, si citatio ad eum pervenit, dicitur præventus citatione, aded quod coram alio Judice concurrentem Jurisdictionem habente postea citatus comparere non teneatur.

text. in l. si quis posteaquam 7. & gloss. ibid. in verbo non habebit. text. in l. ubi 30. & gloss. & in d. c. proposuisti de foro compet. & gloss. ibid. in verbo citatur in fin. Panormit. n. 2. & latè Socinus n. 15. Gail. lib. 1. obs. 84. n. 18.

LXXXVIII.

Licet autem quis ratione prædictarum causarum forum alicubi sortiatur, non tamen propterea subditus statim fit alterius.

Felin. in c. fin. n. 23. de for. compet. Aliud namq; est forum sotiri, aliud esse subditum. Gail. lib. de pignorat. obs. 15. n. 3. ubi exemplo Vasalli id ipsum declarat. Et hæc pro instituti ratione, dicta de præsentimatria sufficiant.

F I N I S.



QK T 43586

Von mir



